Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26410
Copyright: Admont, Benediktinerstift

12

sine argumento erroris sui garriunt. ut non modo contra ueritatem uerum et contra se ipsos hoc dicant. Concedunt namque homo est corporeus. abominantes hominem esse animam et spiritum. nec tamen cogitant quod ratione unius partis esse eius quod quod ex ea constat sit esse et de ea proprie predicari possit. cum esse partis alterius neque sit esse eiusdem quod similiter constituunt. neque de eo dici possit. preterea cum et hereticus quod de composito proprie negant. ipsa potentia id est rationalitate et accidentali affectione id est scientiam. de ipso uere affirmari concedant. Namque eorum aliqui dicere gestiunt. aliam rationalitatem quam illam que humani spiritus de homine dici. et similiter scientiam aliam et aliam corporalitatem quam que humani corporis est. ita contempnimus. ut tacendo quod contra hoc dici potest omnino preteream. Contra illud uero quod nobis opponunt spiritum hominis esse incorporalem. hominem non esse incorporalem. ac per hoc non esse uerum quicquid de parte affirmatur. de eo quoque quod ex ea compositum est affirmari. respondemus. Cum dicitur spiritus est incorporalis negare potius ab eo quod ad genus pertinet potestatem. quam naturam spiritus de ipso affirmare. Omnis enim priuatio quod debetur naturaliter remouet. Hec nos etiam a toto ex necessitate remouendum quicquid remouetur a parte. Sed quicquid de parte naturaliter id est et de composito affirmandum.

In parte quod non est id quod est.

In parte quam. Quia homo est et corpus et anima. In parte quam una non est id quod est in altera. scilicet aliud nimio saltem est esse partis unius a quo compositum quoque aliquid est et aliud alterius partis esse a quo similiter ipsum compositum est coniuncti siue disiuncti esse aliquid dicitur. Hec in subsistentium ex diuersis subsistentibus compositorum. ut est homo. uel lapis. non in simplicium. ut hominis anima. que subsistens ex nullis subsistentibus constat et omnium subsistentiarum uel affectionum accidentalium idemque omnium que sic sunt ex principio. ut non sint principium. Qualiter predictum est multa sunt ex quibus unumquodque est aliquid. ac per hoc ulla ratione nullum eorum est id quod est. Quod uero non est ex hoc atque ex hoc. id est non ex diuersis. sed tamen est ex hoc. scilicet cui est unum solum esse quo sit. illud uere est id quod est non aliud ab eo. ut deus. uel eius diuinitas. Non enim est aliud a diuinitate. quo deus sit. nec est tamen diuinitas ipsa sit. non quod ea deus est. Et quod ubique hoc ita singularitate et simplicitate generis singularitate et simplicitate unum est pulcherrimum. propter summe dignitatis speciem. fortissimumque sua incomparabili potestate. Quod recte de ipso dicitur quia hoc nullo eget adminiculo nititur. Quo etiam alii. Quicquid id quod tamen est hoc. uere est id quod est quo etiam hoc uere est unum et tale unum in quo nullus ecientiarum numerus. quia nullum in eo aliud esse preter quod id unum quo solo est. Ve. neque enim eo quod uicta principale sua ecientia in se aliquid habeat subiectum fieri potest. Quare? Est enim forma. Et quod per hoc recte probauit illud non posse subiectum esse. per se nota mathematicorum propositione declarat dicens. Forme uero subiecte esse non possunt. id est uicta aliquam quam in se habeat subsistentiam nullum accidens in se suscipiunt. Nam si quis opponat quod cetere forme

Quod uero non est ex hoc atque hoc. sed tamen est hoc. illud uere est id quod est. et est pulcherrimum. fortissimumque. quod nullo nititur. Quo etiam hoc uere unum in quo nullus numerus. nullum in eo aliud preter id quo est. Neque enim subiectum